



Nr. 24.

30

DEO SIC MODERANTE  
EX JUSSU REGIO ET AUTORITATE SUPERIORUM  
PROFESSIONEM SIBI DECRETAM  
ORATIONE SOLENNI

DE

23640

## IV. REBUS SALOMONÆIS INTELLECTU DIFFICILLIMIS

AD PROV. XXX. 18. 19.

QUÆ FATA ECCLESIAE N. T. PER SECULA PRIORA  
PANDUNT  
IN AUDITORIO ILLUSTRIS GYMNASII REGII

DIE XXVII. APRILIS HORA X. MATUTINA PUBLICE DICENDA

AUSPICATURUS

PROCERES OMNIUM ORDINUM AC DIGNITATUM  
SPLENDIDISSIMOS

NEC NON

NOBILISSIMOS CIVES ACADEMICOS  
EO QUO DECET OBSEQUIO

AC HUMANITATE

INVITAT

ET

af.

## DE LAUDE VERÆ SAPIENTIÆ QUÆDAM PRÆFATUR

CHRISTIANUS LUDOVICUS SCHLICHTER  
ELOQ. ET HIST. S. P. P. O.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ  
LITERIS CHRISTOPHORI SALFELDII VIDUÆ ANNO M DCC XXX.

DEO SIC MODERANT  
IN POCAM VITAM ET ADGREGARE SANCTIORUM  
PROGENIES IN DEGRADATIONE  
CULTUS VOTUS QUITUR  
IN  
LITERIS  
HISTORIIS  
ARTIS  
MUSICOLOGIA  
IN  
MANU LIBRARI  
HOC CILICIS DOMINA VERA CONCESSIONATUM  
2000  
NOSTRA  
EO GOTHICIS  
DILECTA  
LIBRARIA  
CENSITAT





## I. N. I. C.



*Apientia, omnium Virtutum Oculus, quanti  
ab Homine, inscitiae sordibus ceteroquin  
commaculato, sit aestimanda, ipsi δι εξω,  
non parum ei operam navantes, in scriptis  
suis perquam egregiis diserte edocent. Hinc  
Ejus de Cultoribus honorifice admodum  
sentientes, Deorum non modo Sacerdos-  
tes (\*) eos appellare, sed & ad summum ho-  
noris culmen evectos ipsis æquare Diis haud verebantur. (\*\*)  
Intolerabilis ramen omnino erat fastus Stoicorum, alias ex grege  
Philosophorum veterum ut omittamus, qui Virum Sapientiae fama  
inlytum anteponere Diis non erubuerunt. Est aliquid, inquit  
Seneca epist. LIII, quo Sapiens antecedat Deum. Ille naturæ beneficio,  
non suo sapiens est: ecce res magna! habere imbecillitatem hominis;  
securitatem Dei. (\*\*\*) Magni interim est facienda, viribusque*

X 2

corpo-

(\*) Stobaeus Tom. I. L. II. tit. 4. §. λεγεται δε καη ιερεα μονον ειναι του σφου,  
φωλον δε μηδενα. Porphyrius de abſin. L. II. §. 49. ο οντως φιλοσοφος  
τε επι πασων θεος ιερευς. conf. doct. Herm. Reiners de τοις τελεοις in Bi-  
blioth. Brem. Cl. IV. p. 977.

(\*\*) Id quod vel sola epitaphii, Athenis inventi, inscriptio, a Cl. Sponio miscell.  
erud. Antiquit. p. 320. exhibita confirmat, cuius in fine hæc extant verba  
notata digna:

ΑΣΚΗΤΗΣ. ΣΟΦΙΗΣ. ΩΧΕΤ.  
ΕΣ. ΑΘΑΝΑΤΟΥΣ.  
Cultor Sapientiae perrexit  
ad Immortales.

(\*\*\*) Hæc celebris Stoicorum Magistri verba non sine horrore se legisse fate-  
tur

corporis humani longissime præferenda virtus hæc aurea, σοφοι  
enim εν βελευμα τας πολλας χειρας νικαν, optime censet  
Euripides. Quam salutare sit, atque quam pulchrum, inscitia a tene-  
bris Cimmeriis sese vindicare, haud ineleganter tradit *Lucanus.* II:

“ nil dulcior est bene quam munita tenere  
„edita doctrina sapientum tempa serena:  
„despicere unde queas alios passimque videre  
„errare, atque viam palantes querere vitæ;  
„certare ingenio, contendere nobilitate:  
„noctes atque dies niti præstante labore  
„ad summas emergere opes, rerumque potiri.

Singulari quoque *Sapientia* cedit laudi, suos quod cultores αριστοτω και οπιστω, qua ante pedes sunt, nec non qua futura,  
prospicere edoceat. Igitur tandem est sapere, judice *Comico*, non, quod  
ante pedes modo est, videre, sed etiam illa, qua futura sunt, prospic-  
cere. (\*) Omnis tamen *Sapientia*, animum nisi teneat a sordibus  
viriosis purgatum, & reverentia summi Numinis imburum, nihil  
utilitatis habet; (\*\*) *Nil nisi Fortuna ex Menandri effato est.* (\*\*\*)

*Quid*

tur cel. *Jo. Mich. Dilherrus* disputatt. academic. tom. II. p. m. 289. non improbans censorum Mureti, qui *impiam atque intolerabilem Stoicorum arro-  
gantiam* appellat.

(\*) Hinc Philosophi Ægyptiorum toto orbe clarissimi, & aliquando etiam  
alii extra Ægyptum sapientiae cognitione incluti, Prophetarum nomen susli-  
nuisse nobis videntur; quale Epimenidi, magno inter eruditos ævi veteris  
Viro, ob sapientiae famam suis tributum non male conjicit Cl. *Jo. Georg.  
Schelbornius* in *Biblioth. Brem.* Tom. V. p. 863. sq.

(\*\*) v. cel. *Witsius* miscellan. S. Tom. II. p. 2 sq. & in primis *Vir summus F. A.  
Lampius* orat. de insignibus Academia *Utrechtina*. 1727. unde non inepte  
judicarunt gentiles, ante purgandum animum a suis sordibus esse, quam sa-  
pientiae semina infundantur; lege sis *Cebetem*, *Philostratum*, aliasque ci-  
tatos Cl. *Elsner* obs. S. Tom. II. p. 386.

(\*\*\*) Verba Menandri hæc sunt:

— Βδει γαρ πλεον  
Ανθρωπίνος θεος εστιν, αλλ' ο τούχης. Sed

Quid, quæso, juvabit, impervios naturæ recessus habere exploratos, Sapientia nisi cœlesti cor tuum tradendo viam pietatis fures ingressus. Hanc dixeris veram, & quæ sola σοφίας nomine digna sit. Qua si careas, scire tuum nihil est; eā instructus cuncta nosti. „Per Sapientiam intelligimus, inquit Cl. Herm. Alex., Roëllins, eam mentis perfectionem, quâ cognitis rerum naturis, & causis, non tantum verum a falso, sed & bonum a malo, melius a viliori, bonum summum ab omnibus aliis recte potest distinguere & dijudicare, & in agendo verum finem & legitima, ad eum media eligere. Et Sapiens in emphasiis vocatur, qui, summum sibi finem præstituit & omnes suas actiones eō dirigit, ut in eo perfici, illoque frui possit. Cum itaque Deus sit, omnis nostræ sollicitudinis & studii scopus ac finis; Christus autem medium, Dux, imo via ad Deum & communionem cum ipso: evidens est, in adorando Patris & Christi mysterio esse, omnes Sapientiæ thesauros reconditos, cuius solius cognitione, Sapientes reddimur ad salutem. „Haec tenus Roëllins. (\*) Frustra vero alicubi eam quæsiveris, nisi perennibus revelationis sacrae monumentis studiose pervolvendis impallescas. Hæc perfecte sapientem te reddere sola valet, a Numine, omnibus numeris absoluto Sapiente, tradita. Inde etiam siebat, ut vel soli quondam Isacidae, veri Dei cultores, spem Israëlis avide expectantes, limpidissimas salutis aquas ex unico & vero fonte haurientes, insigni veræ sapientiæ gloriâ præ reliquis Orientis atque Occidentis civibus florerent. Ipsum, quod circumfertur, Apollinis effatum, exclusis Græcis, Egyptiis, aliisque Sapientiæ famâ celeberrimis gentibus, solis Hebræis & Chaldæis Sapientiam vindicat:

Μουνοὶ χαλδαιοὶ σοφίαν λαχον ηδ' αε' Εβραιοι  
Αυτογενεῖς δον Ανακτα σεβαζόμενοι θεον αγνως

X 3

Chal.

Sed pro ἀλλ' o reponi debere ἀλλο censem acutissimus Lamb. Bos animadu. ad Script. grecos p. 16, sensumque loci, qui in mendo haec tenus cubuerat, hunc reddit: *Definitæ mentem & prudentiam habere: quoniam humana prudenter nil nisi fortuna est.*

(\*) In diff. II. de mysterio Dei & Patris & Christi §. 29. Ultraj. 1705.

*Chaldaeo Hebraeaque unis Sapientia cessit*

*Qui casto aeternum venerantur Nomen honore.*

Idem tot eximii atque præclari Sapientiæ Heroës, soli encomio verè Sapientum digni, qui ex gente hac non obscura numero haud exiguo prodierunt, luculenter satis demonstrant. Eos inter eminuere *Abrahamus, Isaacus, Jacobus, Josephus, Jobus, Moses, Samuel, David, Ethan, Heman*, aliique plures, Viri ad unum omnes rerum, quibus divina æque ac humana eruditio absolvitur, peritissimi. (\*) Omnibus tamen Viris commemoratis palmam præripuit *Salomo*, Regum Israëlis maximus, incluta Davidis proles, cuius sapientia per totum terrarum orbem decantata, stupenda prorsus fuit atque admirabilis, (\*\*) ita ut multis parasangis omnes בְּנֵי קָרְבָּן (\*\*\*) Orientis Filios eâ antegrederetur. Haud incongrue canit D. *Emmanuel Thesaurus*:

*Hoc pueru nemo sapientior,  
Unus mortalium omnia scivit, nihil didicit;*

*Venit ad Juvenem prudentia, qua Juvenes fugit.*

Præcipue ea, judice *Buddeo*, intelligitur *Sapientia*, quæ ad Reipublicæ administrationem rerumque moralium & civilium dijudicatio-

(\*) Catalogum Virorum inter Hebraeos sapientissimorum dat *Jac. Meierus* in orat. de *Sapientia populorum Orientalium* p. 13. sqq. Bremæ. 1704.

(\*\*) Legantur *Pineda*, qui otiosi tamen ejus de sapientia questionibus nimis indulgere solet, de *Reb. Salom.* III. 12. cel. *Jo. Meierus Harderovic.* in annotatt. ad *Seder Olam* p. 697. sqq. Cl. *Jo. Fr. Buddeus Hist. Eccl.* V. T. Tom. II. p. 179. 218. sq. addit. *Jac. Meierum* l. c. p. 19.

(\*\*\*) Per בְּנֵי קָרְבָּן alii solos Arabes, alii populos Orientis in genere intelligunt. Vide *Stanlejum, Clericum cœterosque recentissimos a Burgmanno diff. de Filiis Orientis.* Rostoch. 1723. subiungi velim *Jo. Petri Ludovici Historiam rationali philosophiae apud Arabes & Turcas.* p. 10. *Buddeum* l. c. p. 219. *Lampium de insignibus Acad.* Ultraj. p. 29. in not. *Jo. Herm. Gronau de territoriis Kedar*, qui Kedaren quoque inter *Filiis Orientis* posse numerari, variis rationibus edocet. p. sqq. Quæ autem fuerit scientia filiorum Kedem, jam non inquirimus. *Kimchius* scribit: *Quod erant periti siderum, & versati in auguriis, id est, in lingua avium*, citante *Sam. Bocharto Hieroz.* P. I. lib. I. c. 3. p. 20.

cationem (\*) & naturalium investigationem pertinet. *Pineda* explicat per scientiam ethicam omnes actiones ad legem & voluntatem divinam instituendi. Ipsam aeternam Patris divini *Sapientiam*, quae ecclis in hunc orbem delapsa, bonorum omnium affluentum nobis contulit, intelligi quoque posse, optime censet Rev. Abbas Phil. Picinellus. (\*\*) Hebraeorum Doctores quantopere extollere atque estimare eam soleant, Jo. Meierus (\*\*\*) fuisse ostendit. Occasiones, quibus egregia divinae suae sapientiae edidit specimina, fuerunt omnino variae; sive enim concinnam species aulae dispositionem, sive artificiosam contempleris templi splendidissimi ut & palati regii structuram, tantum ingenii divini ubivis deprehendes, ut summam in admirationem te abripi necesse sit. (\*\*\*\*) Minime vero omitti debet singulare illud σοφιας monumentum, quo litem duarum matrum de filio vivo ambigenitum sapientissime & que ac justissime (\*\*\*\*\*\*) diremit; quod quare ratione factum, non parum dissentijunt Interpretes. (\*\*\*\*\*\*) Praeter hæc rerum memoratarum testimonia Salomo, Rex maximus, in edendis ter millenis proverbiis, canticis mille & quinque aliisque non minus insignia *Sapientia* suæ specimina luculenter prodidit. Ut raceamus, quæ de arboribus & plantis, nec non de aliti-  
bus,

(\*) Non præterea hoc loco possumus fabulam, quam de *Salomone* thronum suum descendente narrant Judæi; columbam de throno provolasse auream, & arcum aperuisse, atque ex ea protulisse legem, Regique propoßitum, ut secundum illam ius diceret. Vide Schick, ius Reg. Ebr. p. 243. q. Fabric. Cod. Apoc. V. T. p. 1038. & confer, eos qui recenset, V. Cl. Thiod. Hafseum in Biblioth. Brem. Tom. III. p. 434. in not.

(\*\*) In mundo symbolico Tom. I. lib. III. n. 319. (enumerat.)

(\*\*\*) I. c. ubi V. scientiarum species, quibus *Salomo* fuerit imbutus ex iudiciorum sententia

(\*\*\*\*) Novum & singulare sapientia sui documentum in eo speciatim quoque edidit, quod urbes quasdam, quæ commodiora currunt efficit receptacula per Istris provincias ad parandas proœura veritatis. v. Christoph. Schmidz de civitatibus currius. Witteberg. 1722.

(\*\*\*\*\*) Hinc res illa notata digna lemma hoc præclarum tenet: JUSTITIAE SAPIENTIA COMES apud Picinell. l. c. n. 318. qui & historiam a *Salomonis* judicio non longe abhimerit de Claudio Imperatore ex S. eton. c. 15. vice ejus subiungit. Fæminam videlicet, sicut ipsa Sueroniæ verba, non agnoscens filium suum, dubia utrinque argumentorum, sive, ad confessionem compulsi, in illo matrimonio juvenis. ,

(\*\*\*\*\*\*) Non displicet sententia Cl. Meieris in Seder Olam p. 76. *Salomo* mox atque vidit, mulieres, ex eorum vultu, signis verborum & motione affuscatus est abscondita cordis, earum, & veritatem rei penetravit. Nam sapientia Dei, qua probat & scrutatur cor, fuit in eo., I. Reg. 3, 28.

bus, piscibus, sapienter differuisse eum testantur Pandectæ S. Plenissimos tamen σοφιας ejus thesauros exerunt scripta auro Ophiritico cariora, quæ in codice S. hodie datum extant. Reliqua ne commemoremus, haud ultimo sane loco poni debent יְהוָה, quæ, judice Jo. Henr. Heideggero, sunt sententia plena difficultatis, gravitatis, mysterii, acuminis, SAPIENTIAE &c. unde nomine σοφιας κατ' εξοχην antiquitus veniebant. (\*) Novum huic libro ac magis illutrem splendorem conciliant prædictiones rerum futurarum Ecclesiæ N. T. quæ maximam atque præcipuum ejus partem constituant. Novem priora capita non paucis prophetiis esse reserta, in aprico est. Reliqua ne moremur, ordine tricesimum præ aliis egregie idem manifestat; est etenim caput maxime consideratu dignum, sublime, propheticum, intellectu difficillimum, in quo septem periodi de Ecclesia N. T. illiusque fatus a Prophetis usitatæ continentur. (\*\*) Sed ea de refusus agere, ac in propheticâ capitâ memorati mysteria plenius inquirere, animus nobis est. Ansam præbet munus honorificum *Fusso & Decreto Serenissimi ac Potentissimi Regis Porussiæ & Autoritate Superiorum* in nos nuper collatum, cui favente Deo die xxvii. April. auspicia paraturi, de IV. Rebus admodum occultis intellectu difficileisque difficillimis in Oratione solenni, more solito recitanda dicemus. Quam ut benevolis animis auribusque attentis excipient, atque Confluxu suo honorifico Solennia hæc Professoria cohonestant *Viri cujuscunque Ordinis Eruditæ, Maxime Reverendi, Nobilissimi, Consultissimi, Experientissimi, Mæcenates, Fautores, ut & Nobilissima Juventutis Studiose Corona*, eâ, quâ fas est, observantia ac humanitate maximopere obsecramus ac contendimus. Scribebam Halæ A. C. MDCC XXX.

(\*) Eusebini loco ab Heideggero aliisque Viris eruditis allato: πας ο των αρχαίων χρόνος νεώρετος εργα της Σολομῶντος παροίης εναέριοι. Tota antiquorum turba Proverbia Salomonis εργα της κανονικής παροίης επαπειραντ. Alia eaque non pauca exempla attulerunt Valesius ad Euseb. H. E. psalm. Melito etiam, Episcopus Sardicensis, doctrina & pietate celebris, in canone suo, qui libros V. T. tantum recenset, ea vocat Sapientiam. vide sumnum quondam Reipublicæ Brem., decus Gerb. v. Mastricht in bist. canonum, inserta Bibl. Brem. T. VII, p. 33, & V. Cl. Nic. Nonnen de canonica autoritate Cantici Cantorum p. 117, qui Suicernij in thesauro Eccles. & Coteler. ad Clement. Rom. epist. I. idem exemplis demonstrasse obseruat.

(\*\*) Ita sentit, & argumenta minime contempnenda, a persona loquentis nec non a vocibus & phrasibus typico-propheticis desumpta, adfert Vir quidam non indoctus, cuius brevior exegesis cap. XXX. Proverb. extat in Musico Brem. Vol. I. p. 415. sqq.

Ja 1586

ULB Halle  
001 508 687

3



VDN8

St

VDN7



DEO SIC  
EX JUSSU REGIO ET  
PROFESSIONE  
ORATIO

IV. REBUS S  
INTELLECT

AD PR

QUÆ FATA ECCLESIA  
PA

IN AUDITORIO ILL

DIE XXVII. APRILIS HOR

AUSE

PROCERES OMNIVM  
SPLEN

NOBILISSIMOS  
EO QUOD

AC H

DE LAUDE VE  
QUÆDA  
CHRISTIANUS LU  
ELOQ. E  
HALÆ  
LITERIS CHRISTOPHORI

